



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 55. Duo Filii Bajazetes & Zizimus Mahometi superstites

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV. A.C. 1481. pum, quos debellabat, nec non Provinciarum, ac potissimum urbium a se captarum nomina.

§. LV.

Duo Filii Bajazetes & Zizimus Mahometi superstites.

Duos Mahometes reliquit filios, Bajazetem primogenitum, & Zizimum natu minimum. Hic regnante Patre suo Lycaoniæ, in Asia minore, ille vero Paphlagoniæ Præfecturam tenebat; quod propter hi duo fratres mortuo eorum Patre longius a Constantinopolitana urbe aberant; semper enim ab invicem sejuncti vivebant, & non nisi unica vice in toto vitæ suæ tempore mutui alloqui opportunitate fruebantur; id studiose Mahomete eorum Patre factum; is enim verebatur, ne in Patris vitam ambo hi fratres mutuo amicitie foedere juncti insidias struerent, aut suborta inter ipsos æmulatione dissidia suscitarent. Zizimus, quod nomen in Turcico idiomate *amorem* significat, magni ingenii acie, ac animi ingenuitate præditus erat, necnon ad heroica facinoratus videbatur: præterea non minus armorum, quam literarum studio præclarus, etiam linguarum ac præcipue Græcæ atque Italicæ peritia excellens. Quin

Paranz l. 1. c. 33.

Quin imo ipsius Mahometis Patris sui Sæcul. XV. A.C. 1481.
 Historiam elucubrare decreverat, jamque
 operi manum admoverat, cum de Ma-
 hometis morte certior factus esset. Se-
 ctæ suæ quidem studiosissimus erat, nihi-
 lominus Equites Rhodios, quos ejus Pa-
 ter plusquam vatiniانو odio infectaba-
 tur, singulari affectu colebat.

§. LVI.

*Dissidia inter ambos fratres de Im-
 perio; Bajazetes victor.*

Contra Bajazethes, cujus nomen idem
 sonat ac fulgur seu fulmen, animi sui Chalcond. hist. Turc. l. 12 n. 2.
 ignobilitate plurimum a nominis splen-
 dore abludebat: Princeps enim erat in-
 genio tardus, ac primævo naturæ vitio Spandug. tract. de Turcis.
 plurimum a bellandi ardore alienus: Zygom. l. 2. Turco-græc.
 Porro ambo hi fratres vix comperto Pa-
 tris sui obitu in id unum certatim in-
 cumbebant, ut quisque sibi imperium
 vendicaret. Contendebat Bajazethes,
 sibi tanquam natu maximo coronam
 deberi: Zizimus vero eam sibi adscribe-
 bat, eoquod ipse a Mahomete jamjam
 Imperatore progenitus esset: cum tamen
 Bajazethes Patre necdum imperii hono-
 ribus aucto primam lucem aspexisset,
 proin hic nonnisi privati hominis, ille ve-
 ro Sultani, seu Imperatoris Filius foret.
 Nihilominus prævaluit Bajazethis factio,